Quod bñ figuratū ē·i duab⁹ vxorib⁹ iacob
rachel et lya quarū vna designat actiuā ·s
lya alter s·rachel cōtēplatiuā · Vñ spōsa in
Canti· Aliqñ iubet spōsam egredi ad actiōꝫ
Canti·i° Egredere et abi post vestigia gre=
gū · Egredere de cōtemplacōe ⁊ abi post
accionē post vestigia gregū·i· post exēpla
simpliciū Sile cātic·ij· En dilect⁹ me⁹ loqt
mihi Surge ꝓpera aīca mea·a cōtēplacō=
nis post pōicōe vł in terrupcōe ꝓpera acti=
ōis assūpcōe Vñ si de melioritate fiat q̄stio
contēplatiā ē simpliciter nobilior Juxta il=
lud ·Gre· i mora· li° ·v· Magna sūt actiue
merita sed cōtēplatiua pocōra quia maria
optimā ꝑtem elegit · Si aūt fiat q̄stio de
eligibilitate ·Aliqñ p̄elgēda actia·s· viro
imꝑfecto q̄r pri⁹ debꝫ se exercere ī actiōis
campo ·Et cū quis obligat² ad actiua opa
ex p̄cepto siue officō ·Et iō aliqñ acciderit
dubiū ī p̄electione scōm illud phil· i°· Mihi
viuere xp̄us est ⁊ mori lucrū · Qd si viuere
ī carne hic mihi fruct⁹ est op̄is quid eligā
ignoro ·coartor em̄ ex duob⁹ desideriū hñs
dissolui ⁊ esse cū xp̄o ·multo em̄ meli⁹ ē ꝑ=
manere aūt in carne neccm est ꝓpter nos ·
Jdeo spūales aliqñ oportet ingredi· aliqñ
egredi aliqñ ascēdere alīn dscēdere · Sicut
vidit iacob scalā ⁊ āgelos dei descēdētes
⁊ ascēdentes ꝑ eā· Geñ xxviij· Et nota ꝙ
non dicit mariā meliorē elegit ꝙ marthā ſꝫ
dicit simplicit optimā · Et ꝑ hoc attollitur
vita cōtemplatia sup vitas oēs q̄ sūt plres
viꝫ incipienciū ⁊ ꝑficienciū ⁊ ꝑfectorum·
Sūt em̄ non nulli ꝑfecti q̄ non sunt cōtē=
platiui Que oēs vite large cōprehendūt²
sub actiua Sup omes has vitas cōtēpla=
tiua est optima ·Jdeo signāter dn̄s· dicit ·
Maria optimā ꝑtem elegit · ¶ E Viso de
cōpacōe istarꝫ duarꝫ vitarū quia vna me=
lior est q̄r non auferet² · Et quia btā virgo
vtrāqꝫ ꝑ excellēciā in se hūit ·Partem em̄
marthe excellēt ꝑegit et ꝑtē marie singu=
larit elegit vt visū ·ē· Sup est nūc videre
quō ꝑs marthe ab ea auferet² et ꝑs marie
in ea ꝑficiet² De hoc dicit sic · Ansel· Pars
marthe btē v̄gini auffert²· Jam em̄ nō erit
sollicita vt minstret filio suo·sicut puero cui
oēs ordines angelorum mistrāt sicut dn̄o
Jam nō t²batur fugiens cum eo ī egiptum
non a facie herodis quia ipse ascēdit in ce
lum et herodis a facie eius descendit in ī=
fernum · Jam non turbabitur erga pluri=
ma que fecerunt filio suo iudei quia omnia
subiecta sunt ei · Nam marie filius a iudeis
vel militibus non flagellabitur ·non occi=
detur quia cristus resurgens ex mortuis ·iā
non moritur mors illi vltra non dominabi=
tur ·Pars ergo marthe ei aufferetur et iā
ablata est ·Sed bono suo · Pars autem
marie perficitur quia non aufferetur ab ea
Exaltata em̄ est super choros angelorum
repletum est in bonis desiderium suum vi=
dit deum facie ad faciem sicuti est gaudet
cum filio in eternum· Hec est pars optima
optima que non aufferetur ab ea· Hec An
selmus · Et sicut patet quomodo istud euā=
gelium non per humanam inuencionem
sed diuinam inspiracionem fuit assumptio=
ni virginis appriatum quia spiritus sanct⁹
clausit in eo virginis conmendacionem q°
ad multitudinem prerogātiuarum super
omnes alios· Jdeo signanter concluditur
hoc euangelium in hoc verbo·Maria opti=
mam partem elegit que non auferetur ab
ea · Ipsa em̄ virgo maria optimam partē
elegit et in gracia et in gloria ·In gracia
quidem in vita ista per omnimodam virtu
tum superhabundantiam ·Quia vt dicit Je
ronimus · Sicut in compacione dei nullus
homo sit in comparacione matris dei nul=
la inuenitur perfecta quantumcumque vir
tutibus eximia comprobetur · Jdeo bene
de ea cantat eclesia · Nec primam silem
visa est nec habere sequentem · In gloria
etiam consequenter elegit optimam partē
illam videlicet partem qua nulla in celo ci
tra thronum dei maiestatis sublimior est su
per omnes choros angelorum ·Hec pars
optima nūquam·auferetur ab ea ī eternū
De hac optima parte quam hodie elegit
virgo gloriosa· Augustinus loquens ad eā
in quadam oracione que incipit/ Tibi o pi
issima dicit sic/ Ad hanc vsqꝫ gloriam tu
virgo gloriosa prouecta es in superno regi
nil superius habeas in supremis que etiam
angelicam transcendens dignitatē ad su=
perni regis es sublimata consessum/ vbi eī
rex filius tuus posuit quod ex te sumptum
est ibi posuit et te reginam matrem ex qua
ē sūptū Nec phas est credere te esse alibi ꝙ
vbi est illud quod ex te sūptum est· Et quō
huius optime partis ipsa piissima virgo nos
miseros peccatores vult esse participes Jō
subdit augustinus ·Hec dona domina tu ꝑ
peccatoribus sed multum a te hereditant
peccatores nos enim pro te hereditamus
ingrati gratiam ·peccatores veniam·cele=
stia terreni ·sublimia infimi·deum homies
mortales vitā patriam peregrini ad quā
patriā nos perducat ⁊c·

cxix· ¶ Sermo primus ·

Signū magnū apparuit in celo

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-v-105/0216
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt